


## VVITEBERGENSIS.

ciores essent occasiones tumultuum, leges tulerunt  
æquissimas, quibus arma gerere, non solum Scholaſti-  
cis, sed etiam omnibus in hoc oppido priuatis ciuibus,  
& ciuiū ministris, itemq; tumultus omnes ac seditiosas  
molitiones, prohibent. Hæ leges, quibus communis  
tranquillitas munita est, vt semper omnibus notæ sint,  
& sint durabiliores, constitutum est, vt quolibet ſeme-  
ſtri publicè hīc ad verbum de ſcripto recitentur. Man-  
damus igitur vobis & illuſtrissimi Principiſ nostri no-  
mine, & noſtro nomine, vt his legib; obtemperetis.  
Ac vos quidem, qui in ſtudijs literarum ideo versami-  
ni, vt omnia honesta officia melius intelligere, & maio-  
re diligentia mores regere diſcatiſ, decet vltro pro-  
pter conſcientiam, vt Paulus præcipit, voci Magistra-  
tuum obedire. Sed si qui mandato diuino non moue-  
buntur, & has leges petulanter violabunt, ſciant nos  
tamen, iuuante Deo, auxilio illuſtrissimi Prin-  
cipiſ, & Magistratum huius oppidi, has  
leges & communem tranquillita-  
tem, conſtanter defenſu-  
ros eſſe.

VERBA LEGIS HÆC SVNT.



E

Articel